

**Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**

**Wersja krakowska**

Rękopis Biblioteki Narodowej, sygn. 12607 III, k. 31rb

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 25 [Gn. 20]

[25] [k. 31rb] <<sup>Quicumque aliquem a></sup> Quicumque aliquem coram iudicio bannito pro debito impulsaverit, si debitum coacto iure consecutum fuerit, oportet eadem die solvere et iudex in eo suam penam acquisivit. Si autem querimonia facta fuerit super aliquem pro debito, si fatetur, solvere tenetur per duas ebdomadas, et si tempore statuto debitor non solverit, extunc iudex in eo penam suam acquisivit. Extunc solvere mandat ad octo dies, deinde ad tres dies, extunc die sequenti. Quociens tunc debitor mandatum adimplere neglexerit, tociens in eo penam iudex acquisivit. Si penam iudici et debitum creditori solvere contempsit, tunc fiscatur sua possessio. Per hoc compellitur, quod debitum creditori et iudici penam persolvet. Si autem possessione caruerit, extunc banno conpellitur, extunc bene potest comprehendendi, ubi visus fuerit pro debito et pena. Et quicumque ipsum ultra hoc tenuerit, penam iudici demeretur.

<sup>a</sup> ręka α

[hasła: dług, skarga, świadczenie, termin, dłużnik, sędzia, mulkta, kara sądowa, wierzyciel, posiadanie, kara]